







i. N° 609

þáttr af Karli vesala i Magnúsar sögu góða kap. 4–9.

Brandkrossaþáttr gefinn út í „Nordiske Oldskrifter."

þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49. sqq.

þáttr af Auðunni vestfirzka í Haraldarsögu harðráða, kap. 72–75

þáttr af Brandi hinum örfa í Haraldarsögu harðráða, kap. 96.

þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarsstaðar gefinn út svo eg viti.

þáttr af Oddi Ufeigssyni í Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.

þáttr af Blóð-Egli í Knytlinga sögu, kap. 33–40.

þáttr af Hákoni Hárekssyni í 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Ban.

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjøbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, for hver især, forudskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (þættir) ere følgende:

1, þáttr af Karli Vesæla (Res gestæ Caroli Vesæl dicti.) (1815.)
2, Brandkrossaþáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.) (1816.)
3, þáttr af Leifi Özurarsyni (Res gestæ Leifi Özuridæ s. Föröensis.) (1817.)
4, þáttr af Auduni Vestfirdska (De Auduno Regem Danorum invisente.) (1818.)
5, þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni. (De Brando Liberali.) (1819.)
6, þáttr af Egli af Vandilsskaga. (De Egillo sub Canuto M. profecto.) (1820.)
7, þáttr af Oddi Ófeigssyni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.) (1821.)
8, þáttr af Blódeigli (De Erico de hausto sanguine nunc. sub Can. St.) (1822.)
9, þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub Svenone Estridide) (1823.)

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiæ inventore. (1811.)

SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII MDCCCXXIII

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FREDERICO SEXTO

NATALEM

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIAE HAVNIENSIS

RECTOR

JANUS MÖLLER

THEOLOGIÆ DOCTOR & PROFESSOR ORDINARIUS

CUM

SENATU ACADEMICO.



De *Hakone Vicensi, Regis Svenonis Estrithidæ liberalitatem, prudentiam et religiositatem experto,* Anecdoton Islandicum ex Codd. MSS. edidit, vertit et præfatione instruxit huic festo prolusurus M. BIRGERUS THORLACIUS, Prof. Eloqu. Lat.

TYPIS SCHULTZIANIS.

L. B. S.

Lectores Benevolos invitaturi ad obeunda nobiſcum ſollemnia, quibus Univerſitas Havnienſis Regis noſtri Auguſtisſimi natales pie, ut ſolet, celebrabit, credidimus nos nil a re alienum ſuſcepturos, ſi cum illis communicaremus narrationem Scandinavicam, huc usque nondum editam, quæ Regis Danici, ſeculo poſt Chr. nat. undecimo florentis liberalitatem, prudentiam atque religioſitatem luculenter illuſtrat. Id facere tanto minus dubitavimus, quo magis viri, ſolida in rebus hiſtoricis eruditione clari, Langebeckius atque Suhmius, dignam eam cenſuere, ad quam animum converterent. Ille enim ejus juxta codices duos manuſcriptos collationem ipſe ſuſcepit; hic hiſtoriæ ſuæ Danicæ ejus argumentum inſeruit. Collega quoque noſter conjunctisſimus, Vir ſumme Venerabilis P. E. Müller in opere ſuo Sagabibliothek dicto Vol. 3. fecit, ut fas erat, ejus mentionem, brevi ſimul et ſagaci criſi rationem ejusdem atque pretium ſubjiciens.

Hiſtoriola varie in Codicibus inſcribitur: nunc enim *Sögu-þáttr af Hákoni Hàreksſyni*, nunc Saga af Hákoni Norræna, ſive, ut in fine recenſionis noſtræ: Saga Hákonar enns Norſka, nunc (in duobus quidem codicum chartaceorum vel mutilorum vel malæ notæ exemplaribus) Æfentyr of bondaſyne Norſkum, appellatur. Agit de colono quodam, in Vikia, Norvegiæ provincia, ampla patrimonia habente, ſed qui bona ſua nimiâ magnificentia et prodigalitate disperdebat; quique hac de cauſa patriam relinquens, Regemque Danum Svenonem Eſtrithiden, liberalitate et erga artifices munificentia celebrem, adiens, Regis curâ varia, atque inter hæc quædam ingenioſiora, opificia diſcebat. Mercedis loco tria præcipue a Rege conſilia ſalutaria accipiebat, quorum obſervatione, inter Anglos peregrinans et poſtea ad Vikiam redux, non ſolum capitalibus periculis et lubricis discriminibus ſeſe eripiebat, ſed opulentus quoque et felix deinceps vivebat.

Codi-

Codices, quos in libello edendo consuluimus, sunt:

a. e Bibliotheca Regia, chartaceus, formæ 4tæ. Langebeckius, qui hunc olim possedit, margini lectiones varias ex alio quodam nunc ignoto codice ipse adscripsit. Sic lacunæ duæ, quæ in hoc exemplo, cæterum bene scripto reperiebantur, manu docti possessoris expletæ sunt: nempe in Cap. III. locus de primo Regis consilio, quem librarii unice culpa excidisse sequentia docent; atque Cap. VI. verba illa: "oc bydar þrælum — sem hafde." A Langebeckio ad Suhmium, a Suhmio ad Biblioth. Regiam codex pervenit. Hoc exemplar in textu exprimendo præcipue secuti sumus, inspectis tamen, ubi dubia videri posset lectio, aliis codicibus, qui sunt:

b. ex collectione Arna-Magnæana Universitatis Havniensis

1) Fragmentum breve 1mi Capitis, hujus historiæ, ab initio ad verba: "Helldr Hakon." Efficit hoc ultimam paginam *Codicis pergameni* n. 589. E., seculo XVto ut videtur, scripti.

2) alterum fragmentum alîus *Codicis pergameni*, ex eod. seculo, continens finem Cap. Vti totumque fere Caput VItum, duobus foliis formæ 4tæ descripta, quæ n. 567. insigniuntur.

Utriusque Codicis fragmenta fumo admodum nigra sunt, et posterioris quidem duo folia margine adeo accisa atque male habita, ut plura vocabula perierint; n. 1 a solito textu vocum variatione, sensu tamen hand mutato, magis quam n. 2 discedit.

3) Codex chartaceus n. 582 (4to) fine seculi XVIImi recentibus ductibus in Islandia scriptus. Historia, quæ in foliis pergamenis sine capitum distinctione fuerat, in 4 hic capita dividitur.

4) alius Codex chartaceus n. 347 (4to) meliori et antiquiori manu exaratus, idemque abbreviationibus onustus, et in 8 capita distributus. Uti n. 3. ad codicis Regii, ita n. 4 ad ejus quem Langebeckius comparavit lectiones magis accedit, licet nulla ex omnibus his exscriptis verbis singulis prorsus consentiant.

5) ad eundnm n. 347 referuntur in collectione Magnæana duo exemplaria hujus libelli chartacea, quæ nominari hic quidem debent, sed non longe commemorari merentur, cum utrumque male pictum sit, et unum quidem perpetuis lituris sordeat, alterum plus quam dimidia parte truncatum reperiatur.

6) n. 554. f. 4tæ etiam chartaceus, initio mutilus. Additæ hic illic reperiuntur recentiores laciniæ; sed passim quoque bonæ habentur lectiones.

Si epocham quæris eventuum, quos libellus adfert, debet illa poni inter annos 1064 et 1076; hoc enim Rex moriebatur, illa, composita cum Norvegiâ

giâ pace tranquillior denique regni ſtatus de pacis artibus cogitare ei permittebat.

De tempore, quo hæc hiſtoriola compoſita literisque conſignata ſit, ſententiarum diverſitati locus esſe poterit. Suhmius (in Hiſtoria Danica T. 4. p. 841), nil in illa reperiens ingenio ſeculi Suenonis contrarium, ponere videtur, eam ſeculo XIIItio aut certe XIVto posſe adſcribi. Müllerus vero (Sagabibliothek, T. 3. pp. 127-31) eam ad ſec. XVtum deprimit. Crediderim libellum ſeculo XIVto ſeriorem non credendum, ob has quidem rationes: *a)* ut ab externis, quæ dicuntur, argumentis incipiam, duorum codicum pergamenorum hujus commentarii fragmenta ſuperſunt; chartæ pergamenæ in codicibus uſus, ex quo charta lintea (minus dispendioſa) ſeculo XIVto invaluerat, ſenſim ſenſimque obſolevit, ideoque, ut alibi, ita in Norvegia et Islandia ſerius quam ſec. XVto in Codicibus univerſe vix exſpectandus eſt. Dein pejor quoque, quam quæ in hiſce codicum fragmentis cernitur, ſcriptio ſolet dominari. *b)* dictio hujus opuſculi, ſi totum ejus tenorem ſpectas, antiquam ſervat ſinceritatem; Islandi, et quidem peritiores, (penes quos ſolos fere eſt de lingvæ rationibus judicium), de hac re conſulti, declararunt expresſionem eandem esſe, quæ in libris ſeculi XIIItii et XIVti reperiatur. *c)* Internas rationes quod attinet, videri quidem posſet quadruplex opificiorum diviſio nimis artificioſa esſe, quam quæ in ſeculum XIVtum caderet; verum in libris Islandicis *ſmidia* et *ſmidr* late patent, ut non tam diverſa opificia, quam diverſos ejusdem opificii gradus, in noſtro quoque libro, exprimere videantur; quare priſci temporis ſimplicitatem, in tam diverſis fabrorum, varia metalla gemmasque tractantium, lapicidarum, et architectorum operibus ad unam artem referendis, potius notandam puto, quam mirandam opificum, quorum mentionem hæc hiſtoriola facit, dexteritatem. Conſtat cæterum, a Canuto Magno haud paucos artifices Anglicos ad Daniam transductos fuisſe, ut adeo fabrorum Scandinavicorum cum illis æmulatio ex ipſo forte hoc opuſculo posſit concludi; nemo quoque ignorat, et Wilhelmum Conqueſtorem, Regem Svenoni Eſtrithidæ æqualem, ædificandi ſtudio deditum; et Anglos (quod in hoc opuſculo legitur) morum veterum, etiam in palatiis exſtruendis, tum, uti nunc, tenaces fuisſe. *d)* Nec obſunt, quominus XIVtum ſeculum Commentario huic asſignemus, peregrina vocabula, ideas recentiores primo intuitu teſtantia, quæ hic leguntur, *ſpacera* et *emalera*. Illud quidem non magis offendere debet, quam multa Latinæ aut Gallicæ voces, quas jam Snorro habet; hoc quod attinet, malo hiſtoriæ artis peritioribus judicium relinquere, ſed cum ſermo certe ſit de opere émaille dicto, quod ad artem encauſticam pertinet, ſcio, quod, licet artem veterum encauſticam disperditam fuisſe multi crediderint, eam tamen, et partem nominatim, quæ ad

émaille

émaille accedat, non ſolum auctor operis: Hiſtoire literaire de la France Vol. IX^no^, ſed etiam Lesſingius in libro de Theophilo presbytero aliique ſec. XII^mo^ exercitam fuisſe putaverint. Quod ſi verum eſt, hoc vocabulum in auctore ſec. XIV^ti^ occurrere nemo mirabitur. *e)* Vis, quam libellus noſter misſæ catholicæ tribuit, talis eſt, ut eum a ſacrorum reformatione duobus potius aut ſesquialtero, quam uno ſeculo abfuisſe ſit probabile. Cap. VII diſerte addit: Vigfuſum ſ. Hakonem per misſam ſervatum fuisſe; et in eodem capite, native pariter ac pulchre, dicitur de fabro impio, ad æmuli ſui cædem properante: "misſa quidem eum non retardabat."

Ut de indole hujus ſcripti pauca disſeramus, patet, ſidem hiſtoricam minus ipſi fuisſe propoſitam, quam romanticam (ſit venia huic verbo!) argumenti exornationem. Id totus libelli tenor oſtendit. Ab Hakonis inde Senioris tempore, quo plures fabulæ romanenſes ex Hiſpania, Germania et aliunde ad Septentrionem venerant, placere coepit ſtudium res quoque hiſtoricas fabuloſo et ad phantaſiam deliniendam accommodato involucro veſtiendi. Fieri hoc poterat absque magno ſidei ejusdem detrimento; et peregrinator aliquis, talia de ſuo itinere narrans, tanto majori animorum attentione a ſuis audiebatur. Fundamentum hiſtoricum, cui ſuperſtruebatur narratio in qua verſamur, erat Svenonis Eſtrithidæ liberalitas, prudentia, et religioſitas, quam Norvegus ex Vikia re fuerat expertus; hocque fundamento manente, multa in ſingulis pro exornatione narrationis poterunt haberi. Sunt quædam v. c. in Cap. VII^mo^ minus probabiliter ficta; ſunt alia, in quibus hominis e vulgo narrantis, nec ſemper dignisſimam dictionem legentis, oratio pellucet; exemplo esſe posſunt c. I. "þu tærir ut tveim höndum" et: "med miklo kappi at ſtod i ſtaunguinni." Finis capitis VIII^vi^, a verbis: "Hvat hoſum ver" — ad: "at ſeggia," a cæterorum ſimplicitate abhorrentia, recentius ſine dubio ſunt additamentum; id quod codicum quoque comparatio addicere videtur. Notari cæterum meretur, quod pium monitum, ſecundo et tertio Suenonis conſilio contentum, veteribus quoque traditionibus Germanicis fuit frequentatum. Schillerus in poëmatio: *Der Gang nach dem Eiſenhammer*, egregie id in uſum convertit; cumque in dramatibus idem ſæpius tractatum fuerit, credendum eſt, ſuperesſe in Germania boreali antiquas relationes ſando propagatas, et ex eodem, unde Scandinavica fluxit traditio, fonte derivatas. Verum cum inter nos nullum aliud, quam noſtra hiſtoriola, habeatur hujus fontis detegendi ſubſidium, optare nobis ſufficiat, ut, viri antiquitatum Germanico-Borealium peritisſimi, quales Graeter, Grimm, von der Hagen et Büsching, iſtam rem diligentiori disquiſitione velint dignari.

Sögu-

Söguþáttr
af
Hákoni Háreksſyni.

Cap. I.

Í Noregs kóngs ríki auſtr í Víkinni var einn ríkr bóndi Hárekr at nafni, ſva audigr at hann átti XII búgarda fyrir utan þann höfutbæ er hann ſat á ſiálfr; á ſiónum hafdi hann mikinn fiárabla, ſva at hans kaupferdir rákuſt til allra landa í Auſturveg ok Þydſkaland, Flandur ok England. At því ſkapi var ríkdómr hans í dýrgripum ok lauſafé. Þriár höfutveizlur hélt hann á hverio ári, jólabod ok midſvetrar ok ad páſkum. Sva var hann madr vinſæll af ſínum friálsleik, at allar bygdir lofudu hann. Sun átti hann einn er Hákon hét, hann var vænn madr ok vel fallinn. Nú lídr ſva dögum at Hárekr bóndi gengr fram til frænda ſinna; Leifir hann þá ſyni ſínum eingétnum alla fullſælu eptir ſik. Ok ſem Hákon hefir íſezt erfdina, kvangaſt hann med rádi frænda ſinna, ok fær gódan koſt af göfgri ætt. Ok er þeirra brúdkaup er umgört, ſér húsfreia brátt at mikit æſkumót er á framferdi bónda hennar, þvíat hann vill halda rauſn alla eptir födur ſinn, enn addrættir ok útvegar Háreks ero foknir, þvíat Hákon hugſar meir uppá leik ok lauſúng med dagligan koſt ok máldrikkiur, en fébrögd ok geymslu. Húsfrú tekr hann ordum því hún var roſkin kona ok forſýn ef hún nokkro rédi. Hún ſpyr, hverſo hann ætli til, því gódſi þínu dugir þat ekki, þótt þat ſtandi á morgum fótum, at þú tærir út tveim höndum, en vanrækir állan umgánginn, ok væri þat mitt

Narratio
de
Hakone Harekida.

Cap. I.

In Vikia, regione Norvegici regni orientali, colonus erat opulentus nomine Harekus, adeo quidem locuples, ut XII prædia posſideret, præter principale, in quo ſedem ipſe habebat. A mari larga bonorum incrementa ipſi affluebant, nam commercium ſuum per omnes quas mare Balticum alluit regiones, per Germaniam, Flandriam et Angliam extenderat. Sic cimeliis bonisque mobilibus conſtantes, multas ſibi divitias comparaverat. Tria convivia quotannis celebrabat, jolenſe, mediæ hyemis et paſchale. Liberalitate multas amicitias ſibi conciliabat, et in omnibus terræ habitatæ diſtrictibus valde amatus erat. Habebat filium nomine Hakonem, virum formoſum moribusque bene compoſitum. Cum Harekus annis provectus ad majores ſuos abiret, huic unico hæredi omnem ſuam opulentiam reliquit. Is patrimonio accepto uxorem duxit conſultis ſuis cognatis, conditionemque bonam æque ac nobilem obtinuit. Peractis nuptiis vidit mox hera, esſe in omnibus mariti ſui rationibus juvenilem temeritatem; ipſum nimirum patris magnificentiam tueri velle, licet et ſtrenuitas et reditus Hareki deſiderarentur, cum Hakon magis ludis atque nugis, magis quotidiana profuſione et comisſationibus, quam bonorum incrementis et conſervatione ſeſe occuparet. Uxor eum hac de re commonebat, erat enim femina maturæ prudentiæ, ſi ipſi res moderari liceret. Quid

rád at þú legdir af þriár höfutveizlurnar, þvíat engi ſkylda man á vera at þú haldir þeim eptir födur þínum. Enn þó hún taladi um þetta, þá lét hann ſem hann heyrdi ekki, ok ſagdizt ei nenna at affedrazt ſva mikit at kaſta nidr ſtórmenſko hans. Þú mant ráda ſegir hon, enn eptir ár lidit ſkal ek ſegia þér hvat þu ſpennir, því ek ſkal tilhugſa. Heldr hann nú fram ſama med vinſemdum miklum, ſeldi hann ſva góds ſitt at hann tók ordlof í móti. Enn eptir ár lidit ſpyr húsfreia, hvat hann hugſi um góds ſitt? Hann ſegizt þar lítit tilleggia. Þá kann ek ſegia þér, ſegir hon, at öll þau för med kaupeyri er fadir þinn leyfdi þér, ero ſva ſtrokin, at ei átto rúm í eino ſkipi. Hákon ſvarar at ekki man hindra. Lídr enn nú ár. Þá ſegir húsfreia: at allir þeir XII búgardar ero eyddir ok etnir, ok ſegir nú naudſýn þótt ſeint ſé at mínka veizlornar. Hákon ſegir at enn vel duga myndi, því vid eigum úgrynni fiár í gripum ok gérſemum bædi mundar þíns ok erfdar minnar. Húsfreia ſegir: ef þú heldr hit ſama fram, er fé alt uppgengit eptir ár lidit. Heldr Hákon rauſn ſinni, ok er þar kemr tíma at búazt ſkal til páſka veizlunnar, ſegir Hákon húsfreio at þesſa veizlo vill hann med allri mekt göra láta, ok eingan lut tilſpara. Húsfreio fanſt fátt um, enn þó görir hon ſem honum líkar, ſakir þeirrar áſtar ſem hon hafdi til hans. Var þat bod ſva fiólmennt ſem aldrei hafdi fyrr verit, ok med miklo kappi at ſtód í ſtaunginni. Ok affara kvöld veizlunnar, ſem frá ſkal rída um myrgininn eptir, er drukkit lengi á nótt fram. En er þat þraut gánga menn ölgvadir at ſofa. Svaf Hákon í lok hvílo. Ok er þau hión koma í ſæng, talar hann ſva til hennar: maklig ertu ſæti mín, ſegir hann, at ek géfi þér fögur ord med ſannri elſku fyrir ſva góda hlýdni ok eptirlæti ſem þú hefir mér veitt í okkar ſamviſt, en ek legg þar í móti meingiördir, fyrſt einrædi mitt, enn nú þó þat á ofan, er því meir ángrar þitt augabragd,

Quid cogitas, ait illa; bona enim tua, quamvis firmo hactenus ſteterint talo, parum eo proficiunt, quod utraque manu profundis, quodque omnem ea conſervandi rationem negligis; ſvaſerim equidem, ut tria convivia primaria mittas, nam patrem imitandi nulla tibi incumbit obligatio. Ea licet hoc urgeret, ille tamen ad iſta monita aures clauſit, addiditque ipſum pigere, ſi a patre degener aliquid ejus magnificentiæ detraheret. Tum illa, ipſe inquit videris, ſed anno interjecto, quantum diſpenderis tibi indicabo, atque ad hanc rem animum diligenter attendam. Pergit ille in ſua erga amicos munificentia, dumque bona ſua disperdebat, nil remunerationis, niſi vulgi applauſum, accepit. Anno elapſo quærit hera: utrum de bonorum ſuorum ratione fuerit meditatus; reſpondit ſe id parum curasſe. Ergo tibi declaro, ait, omnem, quam pater tibi reliquit, mercium copiam, ita diminutam esſe, ut vix unius navis interſcalmium impleat. Reſpondit Hakon, ſe ea re impediri nolle. Jam novus annus labitur. Monet denuo hera, XII prædia perdita et conſumta esſe, ut adeo præſens necesſitas juberet, licet nimis ſero, aliquid de conviviis decurtare. Regerit Hakon: at enimvero nobis ſatis ſuppetet, cum multas gazas, multa cimelia posſideamus, ſive tuam dotem, ſive meam hereditatem reſpicias. Tum hera, ſi hac, inquit, via pergis, omnia tua bona intra annum conſumta ſunt. Tuetur Hakon ſuam magnificentiam, et cum tempus aderat, quo convivium paſchale præparandum erat, jubet uxorem, ut illud ſumtuoſisſime faciat, ſic ut nulli rei parcatur. Displicuit id heræ; ſed jusſis tamen obſecundabat, propter amorem, qvo ſuum maritum proſequebatur. Erat illud tanta, quanta nunquam antea, frequentia celebre, tantaque, quantam vires tum ferre posſent, contentione inſtructum. Veſpera diei convivialis, cum mane ſequenti proficiſcendum esſet, compotatio in longam noctem durabat, ſeroque

bragd, frænda minna ok fóstbrædra; vil ek med eingo móti vera hér í míno landi, ok því berzt ek þat fyrir at leynazt brott einmani rétt á þessari nóttu, rádi gud hvat ek tek vid; enn tveggia hluta bid ek þik, þat annat at þú látir seint upp lokhvíluna á myrgin, þvíat því lengr fæ ek stundir at fríazt, þó mín sé leitat; sú er bæn önnur, at þú bídir mín af þeirri dygd sem þú kýs þér til handa. Vid þessa rædo grætr hon stórliga ok sárliga, ok eptir tárblandin koss skilia þau nær at midri nóttu, gengr hann út lágliga af bænum, ok þegar fram í mörkina er nærri stód, fer hann alt til dags, en felr sik sidan.

Cap. II.

Nú er til at taka í bænum, at þiónostomenn ok margir af bóndum bída lángt á myrgin fram fyrir lokhvílo Hákonar, því húsfreia lætr ei heyra til sín. Í því hvíslazt þeir at Hákon mani sofa sakír lángrar náttsetu. ok er þeim þykkir orhófi gánga sem til bords vildo, ok rída brott sidan, klappa þeir á sængina ok spyria, hvat um er? Húsfreia spyr hvat tídt er? þeir segia bónda mál at klædast. Hon segir at bóndi væri þar ekki. Nú er gengit í keallara ok öll hús þau er hans var von. Enn er hann fanst ekki í bænum, snýst þessi hátíd í sút ok grát, hlaup ok hark aptr ok fram í allar ættir frá bænum, alt fram til middags edr meir, ok sva mikin harm báru hér margir menn af, at þeim bættist seint. Nú er at víkia til Hákonar

roque viri cerevisia ebrii dormitum ivere. Cubabat Hakon in clauso thalamo; ubi uxor ad eum venit, illam sic affatur: mereris utique, uxor dulcissima, ut non gratias solum, sed veram caritatem tibi rependam pro tanto obsequio, tantaque indulgentia, qua conjugii nostri tempore me prosecuta es; ea vero multis, quas tibi importavi, offensis, maximeque mea pertinacia sum remuneratus. Accedit, quod te quidem meosque cognatos et amicos contristabit; nam prorsus nolo in hac terra amplius morari, sed decrevi hac ipsa nocte fuga clandestina discedere, quid deinceps eventurum sit, deo relinquens. Verum duo sunt, quæ a te expeto: unum, ut mane crastino thalamum sero aperias; alterum, ut pro castitate, quam a me postulasti, me patienter exspectes. Hoc alloquium illa acribus acerbisque lacrymis excepit, et post oscula fletu mixta versus mediam noctem a se discedunt. Nemine animadvertente ille prædium relinquens per campos proximos processit, donec dies illucesceret; tum vero iter suum occultius instituit.

Cap. II.

Convertimus nos ad ea, quæ in prædio accidebant; videlicet multi et famuli et coloni ante thalamum Hakonis præstolabantur, nam hera nullam sui copiam fecerat. Mussitabant nonnulli, longiuscule dormitare Haconem, quia nocte præcedente diutius vigilasset; cumque nimia videretur mora illis, quibus coena sumta equestri itinere discedendum esset, thalami pulsant januam quærentes, quomodo heri valerent. Respondet hera interrogando, quid rei esset. Monent illi tempus esse ut herus se vestiret; sed regerit illa, herum abesse. Aditur cella, aditur quivis locus, ubi illum fore probabile esset; sed cum ibi non inveniretur, conversa est festi solennitas in moerorem et lacrymas; in omni vicinia magno cum strepitu

onar at hann vendir ſínum vegi auſtr til landsenda, bar honum ſva til at þokur dimmar geymdu hans, þar til at einn morgin ber hann fram or mörkinni ok myrkrunum; er hann þá kominn fram at ſío á höfda nokkurn, ok ſva brátt ſér hann at búza nokkor leggr upp á þat ſama lægi, ok var ſkip þat mikit ſtórt, ok ſem þeir hafa lægt ſegl ſín, kallar Hákon á ſkipit, ok bidr ſér flutníngs út þannig. Ok ſem þat veittizt, gengr hann fyrir ſkipherran er Gyrdur het, hann var mádr danſkr, ok einn af hird Sveins kóngs Úlfsſunar, er þá réd fyrir Danaveldi, hefir hann gért kaupferd til Englands med kóngſins varnat, ok er nú aptr kvaminn med hlödnu ſkipi. Hákon ſkiptir nú um nafn ok ſegiſt Vigfús heita, bidr formanninn fars ok koſtar á fund Dana kóngs, ſegizt madr félaus en gódrar ættar or Noregi, ſegir ok þat hug ſinn, ef hann ſkal gipto fá, at hann mun hana hiá Dana kóngi upptaka. Nú veitizt honum þetta, því madrinn var vænn til lids, en Danir visſo örleik ok gódvilia kóngs. Litlo ſídar fellr til fagurt leidi ok ſigla þeir til Siólands, því þeir ſpyria at Dana kóngr ſitr þar, ok ſem fyrſt mega þeir, ſækir Gyrdur á fund kóngs ok Vigfús hin Norræni med honum. Þeir koma ſva til bæarins at kóngr ſitr yfir bordum, ok gánga fyrir hann. Kóngr tekr Gyrdi hardla blídt, ok ſpyr at Englands ferdum. Hann lætr vel yfir. ok ſem þat er úti, ſpyr kóngr hverr ſá ſé hinn úngi madr? Vigfús nefndi ſik, ok bidr kóng þarmed nokkrar áſiár. Kóngr ſpyr, hvat hann hefdi til at þióna höfdíngum? hvert hann væri hagr eda liſtvanr í nokkro? Hann ſegizt eingan lut til liſta hafa at þióna kóngi utan hugbod mitt, at hiá ydur manek giæfo fá. Kóngr ſegir ſér því vandara um.

Cap.

pitu ultro citroque concurſatum eſt, ad meridiem usque et amplius, multique viri tantum inde doloris conceperunt, ut ſero inde convaleſcerent. Hakonem quod attinet, Lindesnæſiam ille auſtrum verſus petiit; contigit ipſi, ut aëre nebuloſo tamdiu tegeretur, donec mane quodam e campis tenebrisque procederet. Tum ad maris viciniam et quidem ad aliquod promontorium proceſſerat, unde in portum invehi vidit phaſelum aliquem ſatis magnum; qui cum vela ſua demiſisſet, Hakon nautas inclamat, rogans, ut ſe ad navim transportarent. Hoc concesſo, adit nauclerum, cui nomen Gyrdur, virum gente Danum, Svenonis Ulfidæ Regis, qui Daniæ tum ſceptra tenebat, ſatellitem. Ille Regis nomine Angliam cum mercibus adierat, jamque cum plena navi reverſus erat. Hakon mutato nomine Vigfuſum ſe dici profesſus, a nauclero veniam copiamque ad Daniæ Regem proficiſcendi ſibi expetiit. Præ ſe ferebat, ſe pauperem quidem, ſed ex nobili in Norvegia loco oriundum, a Daniæ Rege, ſicunde, ſpem ad majora emergendi concepisſe. Concesſum hoc ipſi eſt; nam vultus viri bona promittebat, Danique Regis ſui liberalitatem ac benevolentiam ſatis cognitam habebant. Favente tempeſtate ad Sialandiam navigabant; ubi morari Suenonem cum comperisſent, Gyrdur Daniæ Regem mox adeundum cenſuit, Vigfuſo Norvego ſecum ſumto. Cum ſero ad palatium venisſent, Rege jam menſæ adſidente, ad eum admisſi ſunt. Rex Gyrdium benevole excepit, atque de itinere Anglico multa ſciſcitatus eſt. Hujus ſuccesſu valde lætatur, finitoque colloquio, quærit, quinam ille ſit juvenis. Vigfuſus nomen ſuum adfert, ſimulque Regis curæ ſe commendat. Quærit ergo Rex, quid didicisſet, qua opera principibus inſervire, quaque arte utilis esſe posſet. Reſpondit: nullam calleo artem, qua tibi inſerviam, ſed præſagio a Rege ſuccesſum rebus meis venturum. Dixit Rex, tanto diligentiorem huic rei dandam esſe operam.

Cap.

Cap. III.

Sídan lætr kóngr kalla einn járnſmid þann er beſtr var í gardinum, ok ſegir honum ſva: hér er einn úngr madr er þú ſkalt medtaka, ok kenna honum járnſmíd, ef hann fær numit, geym ok þeſs at þú ſért vel vid hann, ok öfunda hann ekki þótt gud géſi honum ſkilníng, ſem oſs þykkir gód van í. Smidrinn játar hér um kóngs vilia, ok fara þeir bádir ſamt í ſmidio, ok er fliótt til fráſagnar at nám þetta gengr fram ſva greidt med gódum ſkilníngi, at eptir VI manudi er lærisveinn líkr meiſtara ſínum, en því framar ſem áleid, ſva at Vigfús er nú ordinn formenntr á járnſmíd yfir alla menn í Danaveldi. Eptir ár lidit koma þeir bádir ſamt fyrir kóng, ſegir þá hinn gamli ſmidr hvar kvamit er. Kóngr gefr honum góda þökk ok kallar nú ſilfurſmid, ok leggr Vigfús honum í vald. Er hann nú flióttækari á þá liſt heldr en þá ſem hann hafdi fyrr, ſva at eptir VI manudi ſegizt meiſtarinn ekki til hafa at kénna honum, ok þat ſama ſegir hann kóngi. Skipar þá Vigfús í þridia ſkóla til gullſmídar at grafa ſteinſetia ok amalera, ok eptir átta mánadi kémr meiſtari fyrir kóng ok ſegir ſik á enda at læra þann mann, því ſva klókan ok kiænan til alls hagleiks med málm at vinna ſegizt hann aldrei ſéd hafa, kvedſt ok þat hyggia, at hveria liſt er hann legdi fyrir ſik mundi hann fá um fram adra menn. Kóngr vard nú gladr vid; ok ſkipar Vigfúſi í fiórda ſkóla til ſteinſmídar at ſnída líma ok nidrſetia eptir ſteinmeiſtara reglo. Er þeſſi liſt úti eptir ár lidit, ſva hér um fer ſem um adrar greinir er hann frábærri ödrum mönnum bædi um fliótleik ok fagurleik. Er þat lidit at hann ſé lærisveinn; fer hann til eptir kóngs ſkipan at giöra med járni þau hnoſſa ſmídi, ſem kongr vill hafa til ſæmdar ríkino. gékk þat um eitt ár. Þakkar kóngr honum ſtörfin, ok býdr honum leigu ſína. Vigfús ſegir því valda giæfu kóngs at hann kann nokk-

Cap. III.

Poſtea vocari Rex jubet fabrum ferrarium in palatio optimum, eumque ſic alloquitur: adeſt hic juvenis, quem tecum ſumes, eumqve, ſi idoneus eſt, fabrilem artem docebis. Memento bene illi proſpicere, nec ei invideto, ſi Deus ei, qua de re ſpem magnam foveo, ſingularem dexteritatem dederit. Obſequitur faber Regis voluntati, et abeunt uterque ad officinam ferrariam; atque, ut rem brevi complectamur, per viri ſolertiam inſtitutio adeo bene proceſſit, ut poſt ſex menſes diſcipulus magiſtrum æquaret, peritia quidem indies creſcente, ſic ut Vigfuſus arte ferraria omnes in Dania ſuperaret. Anno elapſo adeunt uterque Regem, ſeniorque faber indicat, qvo profectum esſet. Rex illi gratias benigne refert; jamque fabrum vocat argentarium, eique Vigfuſum edocendum tradit. Hanc artem vel celerius quam antea addidicit, adeo ut ſex interjectis menſibus fateretur faber, Regemque certiorem faceret, ſe nil novi eum docere poſſe. Rex ergo Vigfuſum tertiæ officinæ committit, nempe auri fabri, ita ut id ſimul ſculpere, gemmas auro inſerere, et encauſtico opere diſtinguere diſceret; octoque poſt menſibus faber Regem adit oſtendens finem jam eſſe huic inſtitutioni, nam ſollertiorem dexterioremque in metallo tractando hominem ſe nullum vidisſe, et, ſe quidem judice, quamcumque ille artem tentaret, in ea omnes alios facile victurum. Rex hoc nuntio lætus quarto fabro Vigfuſum tradit, videlicet lapicidæ, ut lapides ſecare, conglutinare, componere, juxta artis regulas doceatur. Erat hæc quoque inſtitutio cum anno finita, adeo ut hic idem eveniret, quod in cæteris ejus conaminibus, ut nempe aliis et celeritate et operis concinnitate præcelleret. Sic tyrocinium poſitum erat; jamque quæcunque cimelia ad regni decus requirebantur, ipſi fabricanda committebantur. Anno

nokkut, ok kallazt hann eingrar leigo makligr. Kóngr lætr ſér mikla er hann vill til eingis vinnaſt. Vigfús mælti: þat ſkal ei vera, man ek þat kióſa, ſegir hann, er mér ſýnizt fegurſt, ok mér man at beſtu verda: ek bid ydar at þér gefit mér heilrædi nokkut. Kóngr ſegir þú þykkir mér undarligr madr, neitar peníngum, en beidizt ſlíks, edr hverr ſegir þér at ek ſé forſpár eda ſpekíngr? Vigfús ſvarar, ok kvadſt hafa þat á ſiálfum ſér reynt, at hann er bædi ſpakr ok forſpár. Hér kémr þá um ſídar at kóngr ſvarar: þat er mitt *rád: at þú trúir aldrei lágum manni ok raudſkéggiudum.* Vigfús þakkar framlægit ſem hina vænſtu giöf. Nú fer hann til annat ár ok ſmídar kóngi gull ok gérſemiar med ſva ſáſénum hagleik ſem allir dáſt at. Eptir þat ár lidit fór öll ordræda med þeim Vigfúſi ok kóngi á ſömu leid ſem fyrr var talit. Kóngr býdr fé enn Vigfús krefr enn heilrædi, ok þar kémr enn þófino, at kóngr lætr til, ok mælti ſva: *Hver fiölſkylda ſem þik ſtendr, þá geym þeſs, at þú gakk ei frá meſſo embættino fyrr enn þat er lukt, ef þú ert innan kirkio ſtaddr.* Vigfús þakkar heilrædit, ok tekr nú næſta ár ſteinſmídi, ok görir Dana kóngi höll ſva væna, ſem aldrei ſázt önnur jafnvæn í því landi.

Cap. IV.

Enn eptir ſmídada höllina finnazt þeir um varit kongr ok Vigfús, ſem menn taka at búa kaupferdir ſínar. þakkar kóngr honum þá enn ſtarfit, ok ſpyr hvat honum er þá ſkapfellaſt at taka í adra hönd? Vigfús ſegir: þat er heilrædi kongr. Sveinn kóngr talar þá: hví man hinn ſami madr ſva fallinn, vitr ok frabærrar greinar, en í ödru lagi ſva flatr, ſem vér þættumzt mega til háds

Anno exeunte Rex ipſi ſuam gratiam teſtificatur, offertque laboris mercedem. Subjicit Vigfuſus, ſe, ſiqua dexteritate valeat, eam ſoli Regis liberalitati acceptam referre, nullamqve mercedem meruisſe. Rex præ ſe fert, ſe mirari, quod nil accipere velit. Tum Vigfuſus: non, ait, recuſabo, ſed id eligam, quod mihi maxime decorum videtur, quodque mihi maximo erit uſui, ſalutare nempe aliquod conſilium. Subjicit Rex: mirus homo es, qui pecuniam detrectes, taliaque expetas; unde vero ſcis me præſagum esſe aut ſapientia excellere? Reſpondet Vigfuſus ſe utrumque propria experientia didicisſe. Poſtremo itaque Rex: *auctor tibi*, inquit, *ſum, ut nemini brevis ſtaturæ aut rubribarbo confidas.* Pro hoc conſilio, ceu dono præſtantisſimo, Vigfuſus pergratum ſe profitetur. Pergit jam anno ſequente, regique aurum et cimelia fabricatur cum rara omnibusque ſtupenda dexteritate. Anno elapſo Vigfuſus colloquium cum Rege habuit, ejusdem, ac prius, argumenti. Offert Rex mercedem, ſed Vigfuſus etiam nunc conſilium expetit. Huic poſtulato Rex indulget, atque ita fatur: *quantumvis fueris occupatus, mente hoc reponas, ut misſæ celebrationem non prius relinquas, quam ea finita ſit, ſi intra ædem ſacram fueris.* Vigfuſus gratias agit pro ſalubri hoc conſilio, proximoque anno artem lapidariam tractans, Regi Danico aulam extruit adeo pulchram, ut ſibi parem in hac regione non haberet.

Cap. IV.

Poſt conſtructam hanc aulam Vigfuſus Regem vere convenit, quo tempore itinera nautica a mercatoribus præparari ſolent. Rex ei pro labore præſtito gratias agit, quæritque quid remunerationis loco habere velit. Vigfuſus conſilium ſalutare expetit. Tum Sveno: quomodo, inquit, fieri poteſt, ut idem vir ab una parte ingenioſus ſit et non vulgaris ſollertiæ, ex altera autem

háds virda, en þó mantu enn ráda. *Þat rädum vér þér, ef þú verdr allreidr med víghug til nokkors manns, at þú haldir þik í minníng guds, ok lesir helga bæn pater noster í nafni guds födurs, ok ef ei rennr af vid þetta, skaltu lesa adra pater noster í nafni guds sunar, ok ef ei linazt enn vidr þetta, skaltu lesa þridiu pater noster í minníng heilags anda, ok ef enn lystir þik sama verks, manto vinna nema gud banni ok leggi til nokkra lýkn.* Vigfús þakkar heilrædit eptir vanda, ok spyr hvat nú skal hann giöra framleidis? Kóngr segir, at þat skal hann göra, spácera med honum litla stund. En þá kóngr er af stadnum farinn á brygg-io, flýtr þar fyrir einn knörr hladinn til hafs, tialdadr ok albúinn. Þá segir kóngr: störf þín Vigfús ero mikils verd, þótt vér leggiom lítit fram. Knörr þenna til Englands ferdar skalto albúinn eiga, höfum vér þat hugsat þú munir fara á knörnum til Englands, ok dveliast þar í vetur, þvíat þar liggr afli fyrir, ef Engla kóngr lætr þik smída sem mik varir, því at hallir í Englandi ero á fyrnsko hátt; haga sva gódsino sem vér leggium til, halt því fram til ávaxtar, því at tíd er gód í Englandi, en farmr á knörnum mun þér ei riúfazt; skipmenn þínir ero í þíno valdi, þætti oss rád sem þú kiæmir fram, at þú hlýfdir þínum kosti, ok fengir þeim byrdíng nokkorn aptr híngat, því at ei man þik menn skorta at vari, ef þú vilt til Noregs fara at vitia ættjardar þínnar, sem oss þykkir van. Vigfús þakkadi kóngi allan sóma, fyrst mentina, þar med feár útlátin ok sídan heilrædin, ok segizt því launa skyldo at frægia hann yfir alla kónga.

Cap.

autem parte adeo ineptus, ut irrisioni ea res facile imputari posset; id tamen a tua voluntate pendeat! *id* ergo *tibi suadeo, ut sicui succensens eum vita privare volueris, numinis memor sacras preces "pater noster" dictas, nomine Dei Patris recites; si eo ira non avertitur, secunda vice nomine Filii Dei "pater noster" pronuncies; si ne ita quidem affectus consederit, nomine Spiritus Sancti "pater noster" tertia vice prælegas; si vel sic ejusdem facinoris patrandi libido tibi fuerit, tum id patrato, nisi Deus vetuerit, et casu quodam interveniente in melius converterit.* Vigfusus gratias pro solito agit, quæritque, quid operis nunc aggrediatur. Jubet Rex eum brevem secum ambulationem suscipere; cumque ex urbe exeuntes ad pontem venissent, navim ibi adesse vident, ad iter maritimum paratam, tentorioque et omni re nautica bene instructam. Tum Rex: tui inquit, Vigfuse, labores magni mihi sunt pretii, licet curtam mercedem hucusque acceperis. Hanc navim ad Angliam ituram cum omni suo instrumento tu possidebis; cupio ut ad istam regionem proficiscaris ibique hac hyeme maneas; ibi enim haud parvi lucri tibi spes est, si Rex Angliæ, quod fore prævideo, tua opera uti velit, nam in Anglia palatia prisco more exstructa sunt. Utere jam bonis sic ut svasi; fac ut ea increscant, nam felix in Anglia est annona, merces navi contentæ non te fallent, nautæque in tua erunt potestate. Auctor vero tibi sum, ut, ubi eo veneris, impensis parsurus nautas lintri impositos huc remittas, etenim verno tempore viri tibi non deerunt, si, quod auguror, ad Norvegiam pergere velis, bona tua hæreditaria visurus. Vigfusus Regi gratias egit ob omnem honorem sibi præstitum, primum ob acceptam institutionem, dein ob mercium onus, denique ob salutaria consilia, addiditqve se eo ipsi remunerari conaturum, quod illum supra cæteros Reges laudaret.

Cap.

Cap. V.

Sídan tekr hann ordlof af kónginom til brottferdar, ſtígr ſídan á ſkip ſitt ok ſiglir þegar í haf, ok kemr fram til Englands med heilo ok holdnu, ok fer ſva med öllu ſem Dana kóngr hafdi tillagt. Vigfús ſendir aptr menn, en ſkipar upp gódſit, var þar hverr peníngr valinn í er meſt mátti umvelta í Englandi. Brátt býdr kóngr honum á ſinn fund, því honum var flutt hver madr hann er í meiſtaradómi, hvat ſem kióſa vill. En ſem þeir finnaſt, ſpyr kóngr ef hann vill ſmíd nokkut, ſegiſt hafa forna höll til nidurtöku. Vigfus ſegir: er þat ei rád Dana kóngs at ek vinni þat fyrir mik er lagt ok mér er möguligt þenna næſta vetur? En ſva fer þat til efnis ſakir þraungleika tímans, at kóngr ſkipar tveimr meiſtorum at ſmída höllina, er ſá annar Enſkr en Vigfús annarr, ſkal ſínum megin ſmída hverr þeirra med tilſkipudum ſtarfſveinum, því kóngr vildi ſiá hverr hagari var, eda hverr fliótari var; en þar er ei jafnari tilbúnadr eptir kóngs ſkipan at hinn Enſki hefir XX fylgdarmenn, en Vigfús V. Fara þeir til, ſkipa nidr grundvöll ok reiſa ſídan. Hefir hinn Enſki þat ſtarf fyrir fram, at hann rídr þar til er grióť var valit, ok ſegir fyrir hverr þar ſkuli telgia edr tilbuá. lídr nú ſva ſmídinni. Kóngr undradiſt miök at Vigfús gékk miklo fliótara, þótt hann væri miklo lidfærri, kóngi miklar þat med ſiálfum ſér, at hinn útlendi ſkal yfirbera þann er Enſkir kalla meiſtara, þvíat ſá er ordtómr í ödru lagi at fegurd á ſmídinni beri ei minnr af en fliótvirki.

Cap. VI.

Sva bar til eitt kveld ſem ſmidirnir hafa úti ſitt dagsverk, at kóngr kallar hinn En-

Cap. V.

Dein vale Regi ante diſceſſum dicto, navim ſuam conſcendit, marique ſe committit, et ad Angliam ſalva navi ipſeque ſospes pervenit. In omnibus ita ſe geſſit, uti Rex Daniæ ſvaſerat. Vigfuſus nautas remittit, navimque exonerans, quamvis mercem ratione valoris inter Anglos optime lectam reperit. Mox illum Rex ad ſe invitat, nam fando jam acceperat, quam ſollers ille eſſet in quoque quod ſuſcepiſſet opere efficiendo. Venientem Rex interrogat, utrum operam aliquam ſuſcipere vellet, in veteri aula inſtauranda, quam demoliri cogitaret. Reſpondet Vigfusus, jusſiſſe Daniæ Regem, ut quemvis laborem ipſi propoſitum, quemque proxima hyeme abſolvere poſſet, aggrederetur. Accidit ob temporis brevitatem, ut Rex negotium aulæ extruendæ duobus opificibus, uni Anglico, alteri Vigfuſo ea lege committeret, ut quisque cum aſſignatis operæ ſociis ſuum latus abſolveret. Cupiebat quippe Rex comperire, uter ſollertior, uter expeditior eſſet, labore cæterum non pari conditione diſtributo, nam Anglo XX, Vigfuſo non niſi V dati erant operarii. Jam aggrediuntur fundamentum jacere, cui aula erat ſuperſtruenda. Habebat Anglus id inſuper laboris, ut neceſſe eſſet ad locum equitare ubi lapides jam lecti ſuppeterent, utque mox eos cædendos et præparandos operariis dare poſſet. Opere inchoato mirabatur Rex, Vigfuſo licet viris paucioribus inſtructo laborem citius procedere, tacitaque ſtupet indignatione, virum, quem Angli ceu artificum principem ſpectarent, ab advena ſuperari; nam vulgo fama ferebat, opus non minus concinnitate quam celeritate commendari.

Cap. VI.

Veſpera aliqua cum fabri opus diurnum finiverant, Rex fabrum Anglicum ad ſe

Enſka ſmid, ok leggr honum ſtórar ávítr, at einn Danſkr ſkal fyrir ſitia hans kunnátto ok ſva mani hann tapa ſíno loſi, at þat fáiſt aldrei ſidan. Hinn Enſki ſegir: herra minn, mér þykkir van at ydur virdiſt ſva, ok því naudgaſt ek til at ſegia ydur þat þér vitit ei ádr. Þó mér þykki mikit fyrir upp at kveda. Efni ero ei betri um þenna Danſka mann, en ſmídir hans flytiaſt ok fegraſt med því fulltíngi ſem eingi gódr madr ſkyldi hafa. Mínum lagsmönnum er þat kunnigt at vér höfum mælt ok mindat vegginn vidr þat ſiálft er hann fór til húſs at kveldi, en at morgni er hann miklo hærri, ok því er þat ei mitt at kappaſt þar vid. Kóngr ſegir at ei man þetta ſatt vera. Hinn Enſki ſegir at hann ſkuli láta kalla á þá kompána, ſva þeir komi þar, ok heyra hvat þeir ſegia. Sem þeir kvamo ero þesſi mál borin fyrir þá, bióda þeir eid ſinn at þat ſé hvert ord ſatt, ſem meiſtarinn ſagdi hér um, ok ſva fer fram at þeir ſveria bókar eid her um, at Vigfús er fordædomadr. Eptir eidinn unnin gengo þeir út en kóngr fer í rad med meiſtaranum Enſka hvat fram ſkal fara, ſegir ſér ei vera þekkt at ſva bölvud ſmídi ſé yfir ſíno höfdi, því hann ſegizt ei vita hverr vodi í megi vera, en hvernin ſkulum vér hann af dögum ráda ſva oſs verdi ámælislauſt? því ei ſynizt þesſi madr lögliga drepinn ef vér látum hann drepa ekki utan fyrir ſmídina, ſva mikla frægd ſem hann hafdi med Dönum. Meiſtarinn ſegir: þar finſt rád til; þér ſkulut nú í ſtad fá mér glófa ydar, med þeim bodſkap til Vigfús at þér loſit miök hans meiſtaradom, ok ſkipit þér honum frá þesſari ſtundo alla forſógn ok ſkipan verkſins, ok því bióðit þér med jartegn glófans at árla á myrgin fyrir ſól ſkal hann rída fram til þræla at fylla þat ſtarf er ek hefir ádr haft. Þegar ek hefi borit honum þetta ydar bod, ſkal ek rída fram til þrælanna, ok ſegia þeim þar hans tilkomu ſnimma á myrgin, ok þarmed ydar vilia at þeir brenni hann á báli, hveria mind ſem hann

ſe vocatum haud leviter objurgat, quod Danus aliquis eum peritia ſuperet, additque illum celebritatem ſuam ita perdere, ut reparari nunquam posſit. Tum faber: mi domine, inquit, probabile erat te ſic judicaturum, atenimvero cogor tibi id indicare, quod antea neſciebas, licet mihi non admodum volupe ſit de eo loqui. Fabri Danici ea, proh dolor, conditio eſt, at opificium ejus tali auxilio acceleretur et adjuvetur, quod bonus quisque deprecabitur. Notum eſt meis operæ ſociis, quod murum decempedæ ac menſuræ ſubjecimus, eo ipſo tempore quo ille equum conſcendebat, domum reverſurus, ſed ſequente mane eundem multo altiorem deprehendimus; verum, cum tali vi certare non meum est. Subjicit Rex, ſe de hujus rei veritate dubitare. Offert ergo faber Anglicus, ſe operarios vocaturum, ut ipſe præſens eorum eloquia audiat. Illi ubi venerunt, quo de hac re audirentur, paratos ſe profesſi ſunt ad omnia et ſingula, quæ faber adtulisſet, jurejurando confirmanda, manuque ſacro codici impoſita asſeruerunt, Vigfuſum impiis magiæ artibus esſe deditum. Præſtito juramento cum diſcesſisſent, conſilia init Rex cum fabro Anglico, quid in hac re agendum esſet, fateturque ſibi diſplicere, ſi dirum illud ædificium ipſi immineret; etenim neſcimus, ait, cuinam periculo exponamur, et quomodo illum vita privare impune poterimus? nam, quæ ejus eſt inter Danos celebritas, vix legitime occiſus videbitur, ſi unice propter exſtructionem peremtus fuerit. Regerit faber: in his habeo quod ſvadeam; dabis, ſi placet, mihi e veſtigio chirothecam tuam, cum hocce ad Vigfuſum deferendo mandato: quod cum magna ſollertiæ laude, ipſi ab hoc inde tempore omnem operis curam et moderationem tradas, atque, per chirothecæ hujus ſymbolum jubeas mane ante ortum ſolem operas inſpicere, munereque fungi, quod mihi antea fuit concreditum. Ubi hoc jusſum

hann hefir tekit á ſér ſakir ſinnar feölkýngi. Þesſi rád ſamþykkti kóngr. Fer þá meiſtarinn ok ber Vigfúſi glófan med öllum ordum ſem fyrr var talat, fær ſér þegar heſta, ok rídr í mörkina ok býdr þrælum Danſka ſmid at brenna at morgni hvert álit ſem hefdi. En Vigfús hugleidir *hit fyrſta heilrædi Sveins kóngs*, því þat ſtód uppá þenna ſama ſendiboda, at hann ſkyldi ei trúa lágum manni raudſkeggiudum, því at meiſtarinn átti þetta, því hann var bædi lágr ok raudſkeggiadr. Heraf leidir honum ſva mikit ángr at hann vakir af ígegnum náttina, því honum er brióſtfaſt at geyma heilrædit, en í ödru lagi ſýniſt honum fárligt at hlýda ei kóngs bodi. En þetta rædr hann af, at þegar í óttu eda ſnimmindis rídr hann fram í veginn, ok ſem kvamin er ſólar rod, verdr fyrir honum eitt þorp ſæmiligt, ok þegar hann kémr inn í þorpit beinum veg um ſtrætit, heyrir hann at annan veg út vid múrinn er hríngt til mesſo. Þar víkr Vigfús at capello, ok ſtígr af heſti ſínum, gengr inn, ok litazt um, ſér hann at þar er gamall preſtr miök úſkygn ok ſeinfær, ok því þykkir honum ſakir ſinnar farſýſi at hann mani aldrei framkvamaſt ef hann bídr. Til minnis kvam honum *annat heilrædi Sveins kóngs*, at hann baud honum at hlýda mesſonni, ok or ſömu ſtökkr hann upp, ok ſtígr á ſinn heſt, ok reid ſinn veg. En ſem hann ætlar rétt út at rída annars vegar af Þorpino, klíngir í capello nokkurri rétt vid hlidit. Hann ſtígr nú af baki ok hugſar ſem var at hér mani klíngia til upphalds; hann gengr inn ok felli fram, ok ſem guds líkami var útdeildr, þá hugſar Vigfús at bæta úhlýdni ſína vid Svein kóng, ok bída blesſanar eptir mesſona, hvat ſem tíma lídr, ok ſva görir hann. Skýtr nú ſólunni hátt ok vel á lopt, því dvalir þesſar drógo tíman. Stígr hann nú á heſt ok rídr ákafliga, ok léttir ei fyrr en hann kemr fram.

Cap.

ſum cum eo communicavi, operarios adibo, illisque indicabo cum illius primo mane adventum, tum tuam voluntatem, ut illum rogo injectum comburant, quamcumque demum perſonam pro ſua magiæ peritia induerit. Asſentiebatur Rex huic conſilio. Properat faber Vigfuſo chirothecam ferre cum omnibus jusſis nuper allatis; mox equum ſibi comparat, et in agrum illum proficiſcitur, operariisque mandat, ut fabrum Danicum, quamcunque habuerit faciem, mane comburant. Tum Vigfuſus in memoriam ſibi revocat *primum* a Rege Svenone ſibi datum *ſalutare conſilium*, id enim in hunc nuncium bene quadrabat, ut brevis ſtaturæ homini, ſi idem rubram haberet barbam, non crederet, iſte enim faber et curtus et rubribarbus erat. Id eum adeo ſolicitum habuit, ut tota nocte vigilaret, nam ex una parte firmiter ſecum conſtituerat, conſilium illud ſalutare ſequi, ex altera parte periculoſum videbatur, Regi non morem gerere. Decrevit denique verſus horam ſextam aut ultra iter aggredi. Ubi ſol rubeſcere incipiebat, offerebat ſe illi pulchellus aliquis pagus, quem ubi recta via intraverat, audit ab altera parte juxta murum ſonare campanam, quæ ad misſam homines convocaret. Hic Vigfuſus ab equo ſe demittens, ſacellum ingreditur, et circumſpiciendo animadvertit ſacris præesſe ſenem hebeti viſu atque valde tardum, quare verebatur, ratione urgentis mandati habita, ſe, ſi ibi maneret, ſero admodum inde venturum. Tum vero ipſi in mentem venit *alterum Regis Svenonis ſalutare conſilium*, quo jubebatur a nulla misſa, antequam finita esſet, diſcedere; nihilominus equum ſuum conſcendere ſuaque via pergere properavit. Dum vero ex pago recta equitare vult, audit haud longe a repagulo, vicum finiente, clangorem a ſacello ſonare. Cogitans, uti res erat, hoc clangore homines ad obeundam ſacrorum elevationem invitari, ab equo rurſus deſcendit, intrat, et in genua procidit; cumque

Cap. VII.

Nú ſkal greina hvat hinn Enſki meiſtari hafdiſt at; hann vakir nú um tíma yfir þeirri gledi at Vigfús mani ſnimma af lífi tekinn þann dag, ok því rídr hann ſem fyrſt lýſti af degi, því mesſor dvöldu hann hvergi, kemr hann fram í mörkina, ok vill ſegia kóngi ſem greiniligaſt frá hvat görſt hafi. Ok ſva fliótt ſem hann ber at fram, umkríngia þrælarnir hann, grípa hann ok draga grimmiliga at bálino, er þeir höfdo ádr ákafliga uppæſt eda uppgeyſt. Hann kallar ok ſpyr: hví þeir kvæli hann? em ek Enſkr madr ok vin kóngs. Þeir ſvara: hyggr þú bölvud fordæda at vér vitum ei íllſku þína, at hverium ham ſem þér líkar máttu kaſta yfir þik, ſem hinn Enſki madr ſagdi oſs í nátt, ok því ſkal eldr gleipa þik. Léto þeir hann ſva ſtrax fram á bálit, ok brenna hann til kola. Íllr madr ok ſvikafullr er ſér beó ſiálfr gröf þá er hann í féll med réttum dómi guds. En er þrælarnir ſtanda yfir eldinum, ok tala med ſér hverſo íllmenni þetta fór af heiminom, reid Vigfús fram at þeim, ok ſpyr hví þeir ſéo idiulausir? Þeir ſegiazt unnit hafa hit þarfaſta myrginverk í aftöku þeſs galdramanns er kvam af Danmörk í hauſt. Vigfús þagnar þá, ok ſá hvat honum var ætlat, ok hve málit var umturnat, ſkilr nú at mesſan dróg hann undan dauda, en ſá fékk víti er tilvann. Miklar þakkir giördi Vigfús gudi med ſiálfum ſér, ſegir þrælunum fyrir um verk, ok rídr ſídan heim til ſmída ſinna. Er

que eo ipſo tempore corpus domini diſtribueretur, ſperat ſe inobedientiam in Svenonem Regem expiare posſe, ſi, licet hora ruat, benedictionem, quæ misſam ſequebatur, exſpectet. Facit, ut decreverat. Jam vero ſol emerſerat, alteque in coelo procesſerat, nam iſtæ moræ multum temporis conſumſerant. Nunc ergo in equum ſe tollit, citatoque curſu vehitur, nec prius ſubſiſtit, quam ad locum deſtinatum pervenisſet.

Cap. VII.

Videndum nunc eſt, quid faber Anglicus molitus fuisſet. Is plures horas vigilaverat præ gaudio de Vigfuſo jam mane iſtius diei perimendo, ideoque primo diluculo proficiſcitur, nam nulla ſcilicet illum ſacra retardabant. Ad locum pervenit, cogitans Regi luculenter, quomodo geſta res esſet, indicare; verum vix ille venerat, cum operarii eum undique cingunt, prehendunt, obtorto collo rapiunt et ad rogum trahunt, quem antea hunc in finem incenderant, atque vehementer inflammaverant. Clamat ille quæritque, cur ipſum cruciare velint; ſum, inquit, Anglus Regisque amicus. Reſpondent illi: putasne dire faſcinator, nos malas tuas artes ignorare, quamcunque perſonam, ut vir Anglicus hac nocte nobis dixit, tu demum indueris; ideo vero ignis te vorabit. Dein illum in rogum conjiciunt, atque ad cineres concremant. O malum et malarum fraudum hominem, qui foveam ſibi ipſe foderit, in quam juſta Dei poena procideret! Dum operarii igni adſtant, et de præſtigiatore, qui nunc e medio ſublatus esſet, colloquuntur, Vigfuſus equo ad illos procurrit quæritque, quid adeo otioſi ſtarent. Dicunt illi, ſe utilisſimo opere matutino defunctos esſe, faſcinatorem trucidando, qui proximo auctumno a Dania venisſet. Silentium ſervat Vigfuſus, bene videns, quid ſibi fuisſet deſtinatum, et quomodo fata ſe vertisſent. Nunc intelligit, misſam fuisſe, quæ ipſum morti

Er nú ſva ſkipat um daginn ſem kóngr kemr at ſiáſt um at vana. Vigfús ſtendr á ſmíd ſinni, enn audt er annan veg til móts. Kóng undrar þetta ok þegir, því ſkipan er voltin ſem hann hugdi til. Vigfús talar þá: gud viſſi gör en þér kóngr hvat rétt er ok ſatt, því þér urdut ſviknir med falſi at dæma rángan dóm á ſaklauſan, því tók íllr madr ránglæti ſitt, má mér því Sveinn kóngr hugkvæmr vera, ok manot þér kóngarnir vera því úlikari, ſem meir er at reynt, ok ſva lýkr rædo þeirra, því kóngr gengr frá, af því hann ſér ſik affara ordinn. Ok litlo ſídar talar hann til Vigfúſs, ok ſnýr til blído, ok ſegizt bæta ſkyldo ádr þeir ſkilia, hvat honum hefir yfirſéſt af rógi ok meinſæri vondra manna, ok bidr kóngr Vigfús nú, at hann taki nidr til grundvallar allt þat verk er hinn Enſki meiſtari hafdi gört, ok láti allt ſmídit verda med eino formi. Vigfús görir nú ſva, ok verdr höllin alſmídot ádr ſkip gánga brott af Englandi um ſumarit. Kóngr görir þá veitſlu ſtóra ſem hann drekkr Vigfúſi ſakir hallarinnar. Lofa Englismenn miök ſmídit ſem verdugt var. At þeirri veizlo lidinni gefr kongr Vigfúſi II ſkip hladin vænum koſti, ok þar med gefr hann honum blídt ordlof. Byriar nú Vigfús ferd ſina til Noregs, hefir hann knörinn Sveinsnaut ok þartil annat ſkip jafnmikit er hann keypti í Englandi. Þetta hledr hann hvert tveggia med ávinníng fiár þeſs er Dana kóngr gaf honum. Þeſſi IV ſkip býr hann forkunnarliga med hagleik ſínum, féck þar til gylta vedurvita ok ſtöfut ſegl med ymſum litum.

Cap.

morti ſubtraxisſet, et qui meruisſet, poenas dedisſe. Peractis ſecum piis ad Deum gratibus, operariis ſua penſa attribuit, et ad ſuam officinam revehitur. Sic res conſtitutæ erant, cum die labente Rex, ut ſolebat, veniret ad opus inſpiciendum. Vigfuſus ſuo operi adſtat, ſed murus oppoſitus opifice deſtitutus erat. Rex miratur ſed tacet, nam mandatum ejus alio, quam volebat, converſum erat. Tum Vigfuſus ita orſus eſt: Novit utique Deus te melius Rex quid rectum verumque ſit; nam falſis doloſisque relationibus inductus fuiſti ad virum innocentem injuſte damnandum; ideo maleficus propriam luit impietatem. Verum tanto mihi carior Regis Suenonis memoria, tantoque luculentior eſt ejus præ aliis Regibus præſtantia, quo magis id ipſe ſum expertus. Sic finitum eſt eorum colloquium, nam abiit Rex, cum ſe non recte egisſe videret. Verum brevi poſt ad Vigfuſum placido alloquio ſe convertit, promittens ſe, antequam ille proficiſceretur, reſtauraturum, quicquid injuriæ malorum hominum calumnia et perjurio inductus ipſi intulisſet. Rogat jam Vigfuſum, ut funditus diruat, quæ faber Anglicus exſtruxerat, omneque ædificium ad unam formam revocet. Sic fecit Vigfuſus, finitaque erat aulæ ſtructura, antequam ſequente æſtate Angliam linqueret. Tum Rex magnum convivium in Vigfuſi honorem ob aulæ exſtructionem celebrat, in quo Angli viri opus juſtis laudibus celebrant. Finitis epulis Rex ipſi duas naves, mercibus bene inſtructas, donat, et blanda ipſum valedictione dimittit. Jam Vigfuſus iter ſuum ad Norvegiam præparat. Habebat phaſelum "donum Svenonis" dictum, aliumque æque magnum, quem in Anglia emerat. Utrumque onerat lucro mercibus accepto, quas Rex Danus ipſi dederat. Omnes IV naves pro ſua ſollertia concinne adornat, ſic ut apluſtribus aureis velisque trabeatis et verſicoloribus totæ ſplenderent.

Cap.

Cap. VIII.

Sídan tekr hann út af Englandi ok fær góda byri, kemr hann eitt kveld undir Noreg rétt í sitt ættland í Víkinni. Hann leggr skipino í eitt leyni, en stígr í bát med nokkra menn, ok rær upp lágliga þann bæ er hann hafdi fordum fráhorfit; hann gengr einn á land ok upp í bæinn, lýzt honum þar ílla á sva at mikil reidi fyllir hann þegar, því bærinn er vída bættr ok nýbræddr, ok því þykkir honum víst at sú kona er hann átti mani hafa fengit ser nýan bónda, gengr hann upp í herbergi þau er honum varo kunnig, ok ser leitandi hvar húsfrú mani sofa, þvíat lokhvíla er fyrr var gétit var vanrækt. Upp kemr hann í lopt nokkut, þar er sæng ein, þar ser hann liggia húsfreio sína, ok fagran mann í fadmi henne, þykkir honum nú at síno gánga at hann hafi rétt hugsat, ok sva daudligt hatr fyldi hans hiarta, at þessa manns líf vill hann í stad brott taka, ok med guds vilia kemr honum til hugar *hit þridia heilrædi Sveins kóngs*, at honum er bannat at vega sva fliótt sem hann fýsir. Hann gengr nú brott frá sænginni sem lengst mátti hann innan húss, ok ætlar þar at standa medan hann les pater noster. Þat ser ei sva því reidin hafdi ratat honum miök at sænginni þá er úti var. Hann hopar annat sinn, ok hugsar med sér hvat er hann þolir þá skuli hann launa lífgiöfina í Englandi ok halda heilrædi. Fer nú rétt sömu leid ok fyrr. Frádregr hann sik þridia sinn, ok sem bæninn er úti, er hann kvaminn at sænginni med brugdnu sverdi, þrífr í hárit á hinum únga manni, ok ætlar at rykkia hófdinu fram á stokkinn, því hann lá ofar í sænginni. Vid þenna rykk vaknar húsfrú, ber þegar skíri yfir hvat um er, ok kallar sva: Sonr okkar Hákon minn! segir hon. Hann kastar sverdino, ok bidr gud geyma. Verdr þar sídan sva mikill fagnadar fundr, at ei er audvelt at greina, því þau glödduzt bædi fyri önd ok líkama af því er

Cap. VIII.

Postea ab Anglia vela dat, ventoque secundo Norvegiam vespera quadam subit, ad patrium ipsi Vikiæ solum delatus. Ad occultum locum navim appellit, atque cum paucis viris cymbam conscendit, et clanculum remigando tendit ad prædium, unde olim emigraverat. Ibi in terram emicat, prædium suum petens. Mox illi displicet, quin ira accenditur, quod prædium ubique restauratum recensque picatum offendit; inde enim certo concludi posse credit, quod uxor, quam habuerat, novo nupsisset conjugi. Tum cubicula sibi nota adit, et denique scitscitando comperit, ubi hera dormiat, nam thalamus antea memoratus, quippe ruinosus, neglectus erat. Tum ad conclave aliquod venit, in quo lectus erat. Hic cubare videt suam uxorem, pulchellum juvenem suo amplexu tenentem. Nunc persvasum habet, se recte divinasse, odioque adeo internecino pectore impletur, ut hominem istum e vestigio interimere gestiret. Sed Deo providente in mentem ipsi venit *tertium Regis Svenonis salutare consilium*, qvo vetabatur suæ occidendi libidini mox indulgere. Discedit itaque tam longe a lecto, quantum per domus spatium licebat, ibi stare cogitans dum "Pater noster" recitaret. Id haud prorsus successit; nam iræ vehementia eum prece vix finita prope lectum adduxerat. Recedit rursus, certo secum constituens, se, quicquid ferendum sit, gratum se pro vita in Anglia servata præstiturum, consiliique salutaris tenacem futurum. Accidit idem prorsus quod antea. Tertia vice se denuo revellit, et prece recitata stricto gladio lecto imminens, capillum juvenis vellit, caput ad spondam pertrahere gestiens, nam ille superius in lecto cubabat. Hoc ictu evigilat hera, et, quid rei esset, mox perspiciens: "Filius noster, mi Hakon" exclamat. Ille gladium abjicit, deumque rogat, ut eum custodiat. Dein tan-

er gud hafdi nú þeim veitt. Þá ſegir hon: at þenna pilt bar hon í kvidi er þau ſkildo, ok heitir hann Hárekr eptir födr þinn. Spyr ſídan hvert þeirra annat af ſínum farſældum ok framferdum. Segir hon at frændr hans ok félagar hafi ſýnt hanum ſva mikinn manndóm, at hon hefir haft alla luti nóga ſídan hann fór burt, bædi til koſtar ok uppſmídis. Hann ſegir ſva ſem morgnar at hon mani ſiá mega hans fararblóma. Skilia þau ſídan. Fer hann til ſkipa, ok lætr heimta út á rétta raun*). Um myrgininn ſem ſól rydr, fær hann fagurt kul at landino. Hans ſiglíng var ſva væn, at hvert manns barn fór at ſiá, ok margir hugdu at þar mundi ſigla einn kóngr. Sva ſiglir hann at landi, lægir ſeglin, hleypir akkérum ok lætr bryggiur á land upp. Þá þekkia landsmenn at þar er kvaminn Hákon, ok verdr nú mikill fagnadr í öllum þeim bý er úmbergis lá, eflizt þar ok ſama dag en beſta veizla. Segir hann þá frá ferdum ſínum, ok þakkar frændum ok vinum alla þeirra dygd. Hvat höfum vér lengr fráſögu þeſſa manns, en alla ſína lífdaga upp hédan hélt hann ſínum ſæmdum, því þá heill ok hoſkleik hafdi hann fengit í fundi Dana kóngs med hagleik ok frábærum meistaradómi, at aldrei kunni hans góds á grunn at gánga, heldr keypti hann aptr allar þær jardir, er ádr lét hann fyrir glutur ok vangeymslo, ok beó ſídan um nægtir. Ok höfom vér ei fleira frá honum at ſegia, lýkr hér ſva þeſſa ſögu Hákonar ens Norſka.

*) forte rectius, quod habet codex chart. n. 554. "... út árar í rúm" ɔ: remos ſcalmis applicari juſſit.

tantum ob conjuges ſibi redditos gaudium exortum est, ut difficile ſit ſibi repræſentare, quantam et animo et corpore lætitiam uterque conceperit, ob ſingularia a numine ipſis præſtita beneficia. Hic, ait, filius est, quem tristi illa hora, qua ab invicem discedebamus, ego utero gerebam, atque ex patre tuo Harekus nuncupatus est. Poſtea quisque alterum de felici rerum ſuarum ſucceſſu quærit. Exponit illa, quam generoſos erga ipſam ſe præſtiterint ejus cognati et amici, ut, a quo ille discesſisſet, ſatis ipſa, non modo ad victum ſed etiam ad ædes restaurandas, habuerit. Dicit ille, ſe, ubi mane adesſet, mercium ſuarum opulentiam exhibiturum. Cum a ſe discesſerant, ille ad navim tendit, illamque mane ſequente, ubi ſol rubescebat, ad juſtam ſtationem deduci jubet, atque vento favente ad terram advehitur. Erat navigatio adeo ſpecioſa, ut omnes ad illam ſpectandam certatim accurrerent, multisque illa plane regia videretur. Ubi ad terram appulit, vela et anchoras demittit, ponteque admoto eſcendit. Tum reſciverunt populares, Hakonem venisſe, magnaque cum in urbe, tum in ejus vicinia lætitia orta est, eodemque die ſplendidisſimum paratum est convivium. Ibi ille itineris ſui rationes exponit, affinibusque et amicis ob exhibitam ſuis generoſitatem impenſas agit gratias. Qvid vero opus est longius eventa viri enarrare, cum deinceps per totam vitam dignitatem ſuam tueretur. Iſtam felicitatem celebritatemque apud Regem ſua ſollertia et ſingulari dexteritate obtinuerat; eoque factum, ut bona ejus deinceps pesſum ire non posſent, ſed omnes potius fundos, quos antea nimia prodigalitate et negligentia perdiderat, redimeret, et in re lauta poſtea ſemper viveret. Non plura habemus de eo memoriæ prodenda; atqve ſic Narratio de Hakone Norvego explicit.

Hæc

Hæc de Svenone Rege ſufficiant. Mori ſeptentrionis obſecuti, quo factum legimus, ut Reges in ſolennibus ipſis gratis homines prodire juberent, lepida ex prisca memoria eventa narraturos, hac hiſtoriola Lectores invitare voluimus ad natales Regios nobiscum celebrandos. Id ut rite fiat, incipimus ab afferendis thematibus, quæ Univerſitas noſtra anno 1823 proponit, ſic ut a Concertatoribus Commentationes intra Calendas Decembres Rectori Magnifico tradi debeant. Sunt ea quæ ſequuntur:

IN THEOLOGIA.

Oſtendatur qvalem vim uſus Veteris Teſtamenti in eccleſia chriſtiana per ſeculorum decurſum exſeruerit.

IN JURISPRUDENTIA.

An et qvatenus leges Danicæ veteres et hodiernæ conveniunt circa ea qvæ de infamia eiusqve effectu civili ſtatuerunt? et qvale inter eas, qvæ hodie vigent patriæ leges et Romanas hac ratione discrimen intercedit?

IN MEDICINA.

Exponere hiſtoriam ligaturæ arteriarum?

IN PHILOLOGIA.

Liber, qvi inſcribitur Characteres Theophraſti, accuratæ crisi ſubjiciatur, ut ratione habita codicis, hucusqve latentis, recens vero in Actis Philologorum Monacenſium typis expreſſi, de textus, qvi vulgo fertur, authentia et integritate judicium feratur.

IN PHILOSOPHIA.

Qvid qvantumqve in ſtudiis in natura indaganda poſitis valeat philoſophia vere rationalis, qværitur.

IN HISTORIA.

Qvando primum incolis Græciæ innoteſcere coepit populus romanus, et qvomodo iis paulatim usqve ad expeditionem Pyrrhi in Italiam notior factus est?

IN MATHESI.

Parallaxium expoſitionem ita inſtituere, ut ad commodum eclipſium calculum habeatur reſpectus.

IN HISTORIA NATURALI.

Ex qvibus principiis inſtituendum eſt ſyſtema oryctognoſticum, ut foſſilia inde facillime et certisſime cognoscamus?

IN AESTHETICIS.

At underſöge og med Exempler at oplyſe, hvorvidt det er nödvendigt, at et Digt overſættes i ſamme Versart, hvori det er ſkrevet?

Cum itaque felicisſimus redierit dies, MONARCHAE NOSTRO AUGUSTISSIMO *FREDERICO SEXTO* natalis, panegyrin indicit UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS. Habebitur ea, auctore COLLEGIO REGIO, *quod rem academicam & ſcholaſticam apud nos moderatur,* die 1mo menſis Februarii hora XII, in Auditorio Domus Regiæ. Cathedram conſcendet RECTOR UNIVERSITATIS *IANUS MÖLLER, Theol. Doct. & Profesſor Publicus ordinarius;* oratione publica *Univerſitatem tanquam arctisſimum inter Principem populumque vinculum* ſistet, et pia, quæ omnes ſuscipimus, pro Auguſtis capitibus, quæ ſolium Regium ornant, totaque Domo Regia, vota pronuntiabit. Antequam peroraverit, cenſorum judicia de VIII, quæ anno priori ad præmium adſpirarunt, commentationibus prælegет, victorumque nomina, ruptis, quæ nomina celant, ſchedulis, proclamabit.

Frequentes adeſte, Lectores Benevoli, diesque XXVIIIvus Januarii, ut Regi noſtro Auguſtisſimo per multa decennia redeat, ſolido ſemper gandio agendus, nobiscum vovete et auguramini.

Dabamus Havniæ d. XXV. Januar. MDCCCXXIII.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.

